

Handschr.

282

Dissertatio de veterum Aleman-
norum RE NUMMARIA Uti-
lis et Curiosa.

Liber Bibliothecae Academicae
publicae Senkenbergianae.
Rep. No.

F. 94
Ms. 282



60



Presentem libellum cui è Bibliotheca
vini Illustris G. b. CUPERI
in cuius Catalogo hoc modo recens
Schurz: 282 n: 10. Anonymi vini
dotti Disert. Historica de Ale
mannorum Re Numaria
N. Liber nondum editus.

De
Veterum Asemannorum
Re Nummariâ

Dissertatio Historica
utilis et Curiosa.

Sapientissimi olim Hominum Aegypti, tripartito olim
suam Republicam divisere, Religione, bello, Artibus
his id, quibus Communio populorum inter se Commer-
cio exercere iustituit.

De Re Nummariâ, Clarissimum Societatis Vinculum,
commodissimum miscendis inter Populos ac Nationes
commerciis Instrumentum, Negotiationis Nervus,
et iuventium Civitatum Robur atque anima:
cujus Eruditiâ contemplatione nihil, nihil juven-
dial, nihil utile existit.

Nam ut infinitam illam et prope incredibilem
ejus varietatem, angustam antiquitatem, necessa-
riam in Veterum Legum, Historiarum, Contractuum
explicatione notitiam praetermittam; quid pulchrius

digniusque est, ac omnes res, Sacras profanasque, militi-
 tiaque gestas, numerorum Orbibus videre insculptas,
 et in tantillo clausum compendio Lustrare, quicquam
 illis Historiis et Annalibus commendari, ullo
 marmorum ac monumentorum apparatus exprimi
 celebrarique potuit? Itaque nunquam defuere
 praecleara ingenia, quae ad indagandam Rei Num-
 mariae veteris notitiam, studia sua atque industriam
 appulerint: in quorum Numero post, Fulvii Ursini,
Antonii Augustini, Georgii Agricolae, Budaei,
Goltzii, Freheri, aliorumque veteres Labores,
 novissimè magnùm nomen adepti sunt: Spani,
Remius et Latinius, qui amplissimùm hoc argu-
 mentum facundissimè diligentissimèque trac-
 tarunt. Sed horum egregius Labor, in illustrandis
 Romanorum numismatibus potissimùm desudavit,
 ad quod Studium multi Luculentis et eximiis Scrip-
 tores, plurimum illis adjumenti tribuerunt: nobis
 autem in barbaris Saeculis investiganda est
 Germanorum res nummaria, quae densis te-
 nebris jacet involuta, et parum Lucis subditur:

ex Clarissimis Auctoribus nobis Supplementat.

Summarium.

- Priscis germanis nullus pecuniae usus.
 Opes cuncta in pecoribus.
 Permutatione Rerum Commercia agitata.
 An Aurum Argentumq: Germania negaverint Dii.
 Pecunia primum introducta in germaniam a Romanis.
 De Serratis Bigatisque nummis.
 Maximus apud Francos usus Byzantinorum.
 De Francorum, Gothorum etc: priscis nativis nummis.
 Quid fuerit apud Germanos Libra, quo pondere, quo pretio.
 De Solidis, eorumq: pretio et ratione.
 Quid et quotuplex Denarius.
 De Marca, usitataq: per eam Computatione.
 De Florenis, Ducatis, Taleris, Grossis, Bernis,
 obolis, Schillingis etc: eorq: origine et
 prisco pretio.
 Qua veterum nummorum inscriptio, quae Figurae.
 Recitantur Leges veteres Rei monetariae, et expli-
 cantur.
-

De veterum Alamanorum
Re Nummariâ.

Temporibus vetustissimis, quum nondum primi
mortales Avaritiâ aut Ambitione turbati, in
auri Argentique vesanum pretium Consensissent,
permutatione rerum ac compensatione Singula
emebant: quod quum aliarum gentium obis
nec et moribus, Lycurgus etiam, teste Justino
lib. 3. apud Lacedæmonios Lege instituit.

Qua permutatio, ut iuxta Homerum Antiquis-
sima et Sanctissima, ita apud Germanos astatissima;
qui diutissime auri argentique usum, velut om-
nium Scelerum materiam, è Republicâ sua exclu-
serunt. Unde de iis suâ aetate Tacitus in Lib. de
morib. germ. Interiores Simplicius et Antiquissimus Per-
mutatione utuntur. Quæ potissimum pecorârum ar-
mentorumque aëstimatione instituebatur, quum
 hæc sola ac gratissima opes, ut idem Scriptor testatur.
Ex quo Diutius usu factum, ut postea apud
germanos Septentrionales, imprimis Gothos et
Saxones, pecunia recens inventa Gustem nominis
cum pecore

51
cum pecore faci fuerit, sicut apud Romanos
ab eodem pecore appellationem traxit.

Atque illis innoxia Divitiis gavisus, nec mon-
strum viscerum crudeli scrutabantur avaritia, nec
auri argentique Splendorem admirabantur. Quod
Tacito vocem illam extorsit: Possessione
et usu auri argenti, haud perinde afficiun-
tur. Est videre apud illos argentea vasa
Legatis et Principibus eorum muneri data,
non in alia vilitate quam qua humo finguntur.
Et quam invidendum illud integritatis ac absti-
nentiae elogium, quod postea magnus Auctor
adjicit: Faenus agitare, et in usuras extendere,
ignotum: ideoque magis servatur, quam si
vetitum esset.

In illa Frugalitatis germanicus ac
sanctissima Simplicitatis enarratione, dubitat
Tacitus, Aurum et Argentum irati an Propitii
Diri germanis negaverint. At idem Annal. II.
cap. 20. fatetur Curtium Rufum in Germania,
in agro nimirum Mattiaco relictisse Specus quos-
dam vendis venis argenti. Et frustra dubius haeret,

num ab iudicis an propitius Diis aurum ger-
 manis recusatum sit, quum jam ea tempestate
 cognitam Romanis foret, Rhenum, amplissimum
 Annem, fluere auro opulentum: quod nec
 e Graecis Nonnus in Dionysiacis Lib. 43 ignoravit.
 Verum recte Summus Scriptor post dubitationem
 suam subiungit: Nec tamen affirmaverim, nullam
 Germania Venam Argentum aurumve gignere,
 quis enim scrutatus est? Nimirum, quamvis
 copiosum aurum argentumque passim in Montibus ^{in Viscerb} _{eorum.}
 foderet, ut curiosiore seculorum nostrorum Avaritia
 ostensum est; gens tamen simplicioris atque antiquioris
 permutacionis tenacissima, non sollicitavit montium
 venas, nec auri possessionem usquamque quaesivit,
 quod contenta victu simplici ac domo nato
 famam sine apparatu ac blandimentis
 expelleret, ac corpus vestimento etiam in-
 empto, feris detractis tegeret: quae cuncta
 inter facillimam promptissimamque Pecudum
 negociationem consistebant.
 Qua de causa quoque factum est, ut sero
 inter

2.

inter Germanos inquisitum sit in Venas
Argenti, Aurique: Quippe ante Ottonis I.
Tempora vena nusquam aperta Leguntur.
Prima eorum Mentio fit apud Ottonem
Frisingensem, cujus verba sunt: Chron. lib. 6.
Cap. 24. Hic est Otto, qui — imperium
Romanum virtute sua ad Francos Orientales
reduxit, Primusque Venas Argenti
et Auri juxta Civitatem Goslariam in
Saxonia invenit. Et apud Ditmarum lib. 2.
Temporibus suis, (Ottonis primi) aureum
illuxit Seculum, APUD NOS PRIMUM INVEN-
TA VENA ARGENTI.

Griscam permutationis ac Compensa-
tionis Consuetudinem diutissime retinere
Germani Septentrionales: quod nullus ad
eos aditus Mercatoribus Romanis foret, quod
ve ipsi nihil eorum rerum inferri paterentur,
quibus pristina Virtus Et languere remittique
posset. Quare ipsi Reges, etsi jam rarior num-
morum usus posteris temporibus inductus esset,
annuos redditus in Fodis colligebant: sicuti
Liquet tum e Legibus et Chartis antiquis et huc.

Alamannicis tum e Libris Anglorum fisco
 libus: ubi Reges Anglo Saxonum, eo modo
 vitasse feruntur, donec Henricus Secundus ex
 justa occasione morem abolevit. At quantitas
 Eboracorum a Subditis oppidisque fuerit exactum,
 docet WALS rex apud Spelmannum, ubi Legi-
 bus suis 70 constituit, ut ex decem Hydri terra,
 hoc est, quanta totidem sufficiat aratri,
 exhiberentur

- Mellis Dolia 10. Panes 300.
- Cerevisia wallica, id est potentioris ambr. 12.
- Cerevisia tenuioris. ambr. 70.
- Boves adulti 2. aut Verveces 20.
- Asines 10. Gallinae 20. Capri. 20.
- Butyri ambr. 1. Salmones. 5.
- Fodri seu pabuli lib. 20. Anguilla 100.

Et hi Regis Reditus, haec opes fuere: ignos-
 ta adhuc seculorum posterorum Avaritia,
 qua aerarium multo stipatur Auro, et per
 omne exactionum genus, per bella, per terra
 marisque

maribusque Discrimina, ad Sustinendum Majestatis
 Splendorem pecuniâ quæritur. Sed nec
 alia nobilium Septentrionalium ea tempe-
 rate Sicitia, quum Cuncta opes in Frugetibus
 et pecore sita essent: unde nec sibi pudori
 dicebant, pastores pecudum agere, quod olim
 de Antiquis illustribus graecis ac Latinis
 Varro affirmavit.

Adamus Bremensis hist. Eccles. cap. 139.
 In Multis Normannorum vel Suecorum Locis
 Pastores pecudum sunt etiam nobilissimi ho-
 mines, ritu Patriarcharum, et Labore mat-
 rium viventes.

Sed rejecto veteri more, ad auri argentique
 usum primo respexere germani Cithrenani,
 caeterique, qui propter propinquitatem et Com-
 mercia, Romanis assueti moribus, didice-
 runt virtutis blandimentibus ignoscere, quibus
 jam tunc victor ille Terrarum populis, Gen-
 trisque Dea Roma succumbebat.

Sic de eis Tacitus de morib. german.
 Quamquam proximi ad usum Commerciorum,

Aurum et Argentum in pretio habent, for-
masque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt
atque eligunt. Subjungit statim, quam
pecuniam potissimum elegerint: Pecuniam
probant veterem, et diu notam **SERRATOS**
BISSATOSQUE. Quid Bissati fuerint, compertum
est ex illo Plinii libro 33. cap. 3. Nota argenti
fuerit Bissa. atque quadriga; et inde Bissati
Quadrigatique dicti. Sed de **SERRATIS** ambi-
guntur: nisi cum Lippio statuendum est,
Serratos appellatos, quod eorum ambitus den-
tatus atque asper esset, in modum Serrae,
cujusmodi etiam se vidisse testatus.

Admissa autem semel in animos
Cupiditate Nummorum, facili mox et promissa
pecuniarum delectati, in omne Nummorum genus
gens fortissima exarsit: ut apud quam paulo
ante maximus Parsimoniae, ac Temperantiae
Pondus erat, jam Libidine Avaritia exagitata, et
voluptatibus opulenta, omnia Nummis Venalia
haberet. Unde de Germanis Danubium Rhe-
numque accolentibus tripe illud elogium
Herodiani

11

Herodiani Lib. 4. Sicut enim Germani pec-
cunia admodum avidi: Semperq; Romanis
Pacem venalem habent.

Invento nummorum usu, et per
gentes Romano imperio additas fratribusq;
comprobato, nullam tamen pecuniam ipsi
cudebant germani, sed Romanam utebantur.
Itaq; ut in gentis Commercium Suppeteret pecu-
nia, Romani Procuratorem Monetæ Treveris
constituerunt, cujus meminit Libellus Dignis-
simus, qui sub posterioribus imperatoribus
confectus videtur: veluti et in Lapidibus, apud
Gruterum, 3. Virorum Monetæ Trevericæ m. l. ubi
extat. Sic Litera illa, quæ in Antiquis
monumentis conspicuntur,

P. TR. et P. TRE. et T. et TR. et

TRS. et TR. P. S. innunt Pecuniam
Treveris Liguatam. Sed et Lugduni in Gallis Prae-
fectus moneta Romana collocatus est, cujus præ-
ter Notitiam imperii, Lapidibus antiquæ inscriptio-
nes meminerunt, in quibus Litera illæ

P. LUGD. Pecuniam Lugdunensem deno-
tant. Atque hanc Romanorum Pecuniam

tripliat generis fuisse reperio. Primum erat
 ex auro flatum, quod Solidos dicere, quorum
 clarissima ac frequentissima in jure Civili
 mentio occurrit. Alterum erat Argentium
 quod Denarios, Quinarios, Libellas, sembel-
 las que appellarunt. Tertium fuit aerium,
 quod Asses dicebant, si ex aere cyprio foret:
Dupondios, si ex aere Flavo, et pondere cras-
 sius esset: Sestertios, si grandius et au-
 plius, utraque S.C. insigne, et pariter ex
 aere meliore flavoque confaret: Verum
 de Rei nummariae apud Romanos Ratione,
 usu, praestantia, dicere superfedem, quum
 multi praestantes ac eruditi Viri hoc argu-
 mentum diligentissime explicaverint.

Post collapsum Romanorum imperium,
 quamvis Gothi, Franci, Longobardi viribus
 ac imperio jam invaluerent, comiter tamen
 Imperatorum Byzantinorum, qui suos
 habebant Praefectos apud Ravennam, majes-
 tas in

131

gestas in occidente observabatur ac celebrabatur.
unde et Pecunia apud Byzantium cūsa, per
Occidentis Provincias Italiam, Galliam, Ger-
maniam frequens usurpabatur: quam Byz-
zantios sive Byzantinos, Itali Germaniq;
Franco-Galli Byzants' d'or dixerunt, quorum
figuram Frederus de De monetaria, lib. 2. cap. 1.
exhibet atque exponit. Frequentissima eorum
mentio in Annalibus mediævorum temporum,
Diplomatibus et Fundationibus ut Bartholus ac
Lindembrogius pluribus ostenderunt exemplis.
Vobis duntaxat observasse sufficiat, quæ in Con-
firmatione Henrici Quarti apud Trithemium
in Chronico Hirsaug. ad An. 1075 Leguntur:
Super hæc omnia Comes Sape dictus Ap-
ostolicum privilegium adquisivit, et Con-
stituit, ut unus aureus, quem Byzantium
dicimus, singulis annis Romam ad Altare
S. Petri ab Albate persolvatur. ex quo liquet,
tenacissimum Nummi Byzantini fuisse usum
apud Germanos, quum jam introducta propria

nativâq: pecuniâ, clarum adhuc nomen, in
 tam Særa usque Sæcula extendent; quamvis
 Jam Cesarum Constantinopolitanorum Auc-
 toritas concidisset per Italiam, tantaque
 Fortuna alluvies Pontifici Romano accer-
 visset.

Neque tamen, quum Vergente Romæ
 novam fortunâ Byzantini tanto in pretio
 usque esse capissent, Germani Pecuniâ
 Vernaculam minus habere: quippe Francos,
 qui Gallias ac Germaniam tenebant, tum
 Gothos, in Italiam Hispaniamq: incumben-
 tes, nummos cudisse ac Signasse, satis com-
 pertum est.

De Francis memorata digna sunt,
 que Procopius lib. 5. de bello Gothico
 scribit: Ad Certaminis Equestris Spectas-
 culum Aureum Nummum Nativo e
 Galliarum Metallo hi cudunt, non
 Romani imperatoris, ut ceteri solent,
 Imagine, sed sua impressa. Perfarum
 siquidem

si quidem Imperator, etsi ad Arbitrium
 Argentum Numisma fecit, aures tamen
 non illi fas est suam ut imponat effigem,
 nec Barbarorum Princeps aliud quisquam
 id facere audeat.

Fatetur Treherus, visos a se ejus generis
 Aureolos, cum inscriptione

CHARIBERTUS REO:

quavis rarissimos agnoscat, Jam Gothorum
 Reges, qui Italianam invaserant, Signasse
 vultu suo pecuniam, Latit indicant Cas.
 Theodori Formula lib. 6. cap. 7. et lib. 7. cap. 32.
 ubi inter alia Theodoricus Regis verba sunt:
 Si Vultus cujuslibet sincero colore depingi-
 tur, multo justius metallorum puritate
 principalis gratia custoditur.

At Wisigothorum Regum, qui His-
 paniam et Aquitaniae partem occupaverant,
 varios Nummos producit Antonius Au-
 gustinus in Dialogo 6. 7. et 8. veluti Suin-
thila, Recceswinthi, Gondemast, Witterici,

Wamba, aliorumque, qui apud Hispanos
imperium ante Roderici regis Calami-
tatem tenuere.

At Res Nummaria vehementer per
Germaniam immutata est, simulque nativa
regum suorum maiestate crevit atque in-
luit, postquam Franci arbitrium rerum per
Europam adepti, non solum Gothos ac Lon-
gobardos armis relevissent, sed et Græcos
ex Italia omniq; Hesperia submovissent.
Tamen cum Bodino dicendum sit, nihil ex
omni Francorum Republica minus notum
esse, ac rei Nummarie rationem, quam ex
eorum Nummis tam parum, aut nihil
nostram in Etatem invaverit, Nam qui
Clodovai, Dagoberti, Pippini, argen-
teolos circumferunt, aut fisco adulterino
Nummo faciunt, aut si verus et genui-
nus est, ipsam eius præstantiam valoremq;
explicare nunquam possunt. At reddet rem
magis intricatam, quod Nummorum quoque
fuerit genus, non tam ad quotidianam Pecuniam
usum

usum, quam est in fines effectum casumq
 ab Regibus, ut aut Congiaris Loco Distribu
 eretur Militi, aut alias. propinquit, amicis,
 Ministris donaretur: quod Metalliones, vulgo
 Medaglioni, medailions vocant. Quorum
 pretium, quum pro diversa variaverit mag
 nitudine, et incertam ab reliqua pecunia
 affirmationem fecerit, dum a plurimis cum
 ceteris usualibus confunditur nummis, rem
 totam Nummariam reddit obscuram, et
 maximis implicat difficultatibus. Nos
 tamen juvat ex prisca Legibus, Historiis,
 Diplomatis eruere antiquum illum the
 saurum, et ad Romana Monetae Leges
 pretiumque saepe respicere: praesertim quum
 Franci, aliq Germania populi, ex longa
 Pecunia Romana tractatione, usq, suos
 quoq: Nummis ad Victoris illius Populi mor
 rem, Magna ex parte habuerint.
 In Prisca Francorum Legibus
 ac Carolinis Diplomatis tres potissimum

107.
Numerorum species comperio,

LIBRAS, SOLIDOS et DENARIOS: cetera enim
pecuniarum nomina, quae ex illo auro afferunt
nonnulli, ad triplex hoc genus referenda sunt.

LIBRA nomen a Pondo cepit, quod Libram,
quam vocant Trojanam, pendebat: Saxones
ceterique germanis Pfundt, pondt, vocavere.
Unde et Pondo sive Pondus apud mediae Aetatis
Scriptores dicitur. Regino Chron. lib. 2. de
Normannid: Mox avidae gentis animi
ad obtinendam pecuniam exardescunt,
et duodecim millia Pondera argenti
pari atq; probati exigunt. Et Schnaffs
naburgenfis de Reb. german: Abbas Baben-
bergenfis in Avariam Regis Henrici tertii
mille Pondo argenti parvissimi annumeravit.
Frequenter etiam Libra, non pondus sed
nummus est, qui hoc nomine censetur: quod
Budaus Lib. 4. de Affe explicat.
Aestimabatur autem Libra, si Pondere
constabat, Jam uncis, jam Solidis, jam
Denariis.

Denarius. ac Uncias quidem Duodecim con-
 tinebat, cuius elegantem hanc rationem
 Theodoricus Gothorum Rex apud Cassio-
 dorum reddidit: Unciam Duodecim
 similitudine mensuram computatam,
 in Libra plenitudine ad anni Cur-
 ricula collegerunt. Aequalis ergo veter-
 rum Germanorum Libra est Libra Roma-
 na, quam in unciis constitisse, Georgius
 Agricola adversus Budaeum probatissimis
 testimoniis argumentisque defendit.
 Sed num Uncia nostra par Romana fuerit
 uncia, Agricola in lib. de restituendi
 ponderib. negat, quod non una eademque
 sit unca apud Christiani Orbis gentes: at
 eandem Leonardus Portius, Alciatus
 et Budaeus statuerunt. Si eadem fuit,
 Libra prisca. more Romano distribuetur
 in 12 unciis: Uncia in 10 Drachmas;
 Drachma in 3 Scriptoria sive Scriptoria.

Scriptulam in Binis Obolos sive Siliquas:
Siliqua in 4 Frumenti grana, quas
Momenta Budaus appellat. Expressit
 ea magnam partem tritus Joannis
Deutonici Versus, Ex Covarruvia Emene
 datione Sic Legendus:

Tres obolus siliquas, obolos sex Drachmas, sed Obo
 Uncia fert Drachmas, duodena dat uncia Libram,
 Siclus habet Septem Drachmas, obolo minus uno.

At frequentissima Librae computatio per
 Solidos & Denarios, qui singuli ad Libram
 componendam numerabantur, aut simul ad
 Tritinam pendebantur: unde Crebra Librae
 Numeratae et Pensae mentio in Legibus
 vetustis occurrit. Itaque ubi Libra,
 ut pondus auri vel Argenti indicitur, erit
 referenda in tot Denarios aut Solidos,
 quot Romana Lege, Regia, vel Provinciali
 est

ex 12 unciis auri vel argenti percipiuntur.
 Ceterum apud Francos Libram viginti Solidis
 confirmatam, Annales Francorum Fuldenfes
 sub Anni DCCC. testantur. Sic Carolus
 Magnus in Heribanno statuit, ut
 a ditioribus exigantur Libra tres, id est
 60 Solidi: ab his autem, qui tres tantum
 Libras habent 30 Solidi, id est Libra
 una et dimidia, petantur. Leyes Longo-
 bard. Lib. 3. Tit. 6. L. i.

De homine habente 6 Libras in auro
 et argento — recipiatur Legitimum
 Heribannum, 60 solidi, vel Librae 3. qui
 vero non habuerit amplius in Supra scripto
 pretio, valente nisi Libras tres, Solidi
 30. ab eo exigantur, id est Libra una et
 dimidia.

Et si autem ad Francos hujus Librae si-
 militudinem postea non solum Galli sed
 et Saxones Anglique per Libras pecu-
 niam numerare instituerent, multum

22
tamen haec a veteri illa discrepant. Ita
Libra Anglo-Saxonica continebat Solidos
40 argenteos: Libra Scotica 25 Solidos:
Libra Barrensis ita Solidos: Libra Buddi-
galensis 12 Solidos; ut Spelmanus
in Archaeologo suo docet.

Et variasse eas pro ratione temporum, argu-
mento est Libra Turonensis, apud Gallos
a quingentis annis usitatissima, quae
teste Bodino lib. 6. de Republ. cap. 2.
quadruplo major fuit sub Philippo Rege,
quam sub Carolo Nono; planè ut nunc
Parisienfi etiam Librà Levior fit, dum
is Unciae parisienses efficiunt 16 Turon-
enses.

Ex hac Libra estimatione appa-
ret, praecipuum Nummorum genus apud
Francos fuisse Solidos, notissimum quoque
Romanis praesens nomen, quo denotantur
Nummos

Nummos aureos, integros et Solos: nam
 Solidum antiqui integrum iuxta Festum
 et Isidorum dicebant. Ut proinde Capiti
 sint galli, qui a Sole, cuius imaginem
 ea de causa pridem aureis suis impressere
 Nummis, nomen deducunt. ipsi Franci
 patriâ Lingua dictum Bund Stück Tre-
 herus assent, Sed Septentrionales Ger-
 mani teste Loccenio vocarunt Ore, sive
 ab ov, veteribus Sagitta, vel Scrupulo,
 cuius figuram forte olim tulit, sive ab
 Ora Ort, veluti Rocksort hodie quartam
 partem uncialis nummi appellamus. ex
 Auro apud Romanos fuisse, compertum est,
 mihiq; graves Auctores sunt, hinc illu-
 opsum Nummum et pondere et Pretio esse,
 qui ex Auro signatus simpliciter Aureus
 apud Romanos dicebatur, cuius passim
 Veteres Historici et Iure Consulti Memi-
 nerunt. Quamvis Budaeo et Aleiatis placeat

Aureum veterem a Solido codicil Justiniani
 differre proportione Sescuplâ, quod quartam
 Unciae partem Labeat; ut rationibus eorum
 Covarruvias cap. 3. S. 1. in Collat. Veter. Num.
 misurat. docuit. Sed aurei dicti sunt
 Solidi, etiam ex tempore, quo erant quarta
 Unciae pars; quod Satius ex Lampsonii Verbis
 in Alexandro Severo putoscit. Etiam apud
 Francos, aliosque germanos, Solidum fuisse
 aureum, id Documentum est, quod quadraginta
 Denarios argenteos contineret. Nec tamen
 diffiteor, fuisse quoque ex Argento, quum
 Leges id aperte doceant. Qualis potissimum
 post Caroli Magni Tempora invaluisse,
 ostendunt Saxonum, Anglorum, Norman-
 norumque Librae, quae Argenteis quoque
 Solidis optimari solent.

Sed sicut Solidus apud Romanos non
 semper fuit ejusdem ponderis, neque ejusdem
 bonitatis, quum ante Constantinum Magnum

40 Solidi

25

Ad Solidi in Libram auri Caderentur, sub
Constantino autem Libra Solidorum 14.

Sub Valentino 72. efficit; ita apud Germanos
et pondere varius, et pretio diversus, et
pro temporum ratione auctus imminutusque
fuit. Illud in Universum ex Legibus Saxo-
rum, Alamanicis, Bajoaricis, Ripuaricis
Colligitur, unumquemque quadraginta
Denarios valuisse. Loca non iudicabo,
quia abunde id factum Eruditissimi Lin-
denbrogii industria. Unum tamen iuspi-
riorem adducam, quem Hincmarus Arc-
chiepiscopus Remensis apud Pitheum
profert:

In Testamento a B. Remigio condito
Lector attendat, quia Solidorum Quantitas,
Numero quadraginta Denariorum com-
putatur, sicut tunc solidi habebantur;
et in Francorum Lege Salica Continetur.
et generaliter in solutione usque ad Tempora

Caroli perduravit, velut in ejus Capitulis Con-
tinetur.

In quibus Verbis elucescit, Primum solidorum
genus temporibus Caroli M. inventum esse.

Quod ex ipsa Caroli Constitutione ostenditur:
Ut omnia debita, quae ad partem Regi soli
vi debent, Solidis XII. Denariorum solvant,
excepta freta, quae in Lege Salica conscripta
est: illa Tisdem Solidis, quibus Caeterae
Compositiones solvi debent, componatur.

Manifestius in Legg. Longobard. lib. 2.

Tit. 22. lib. 1. ubi Imperator Carolus
Sanxit:

De Omnibus debitis solvendis, sicut
antiquitus fuit Consuetudo, per XII.

Denarios Solidi solvantur, per totam Le-
gem Salicam: excepto si Leudes, id est,
Saxo aut Friso Salicum occiderit, per
40 Denarios solvantur.

Apud Gothos grandius Solidorum pretium
habebatur

27

habebatur: Nam ut Theodoricus Rex
Constitutione quinta. de iusto pondere
observando, loquitur; Sex millia Denariorum
Solidum esse, (veteres) voluerunt.
At Maximus Budaus lib. 5. de Affe.
Solidos Turonenses, qui a quingentis
annis in magno apud Gallos usu fuerunt,
ita expendit, ut quilibet Solidus valeat
duodecim Denarios Turonenses: Septem
autem Solidi duos denarios argenteos con-
stituant. Caterum quum Libra per Solidos,
Solidi per Denarios, asserantur, necesse
est, ut horum pretium rationemque paulo exac-
tius consideremus. neq. tamen, quum tot Denariorum
sunt genera, quae populorum, singula
enarrare, aut nosse instituti, aut Scientia erit.
Et si fatendum sit, maximè id conducere ad rei
Antiquae Notitiam, quum in praeiis Legibus
Militarium ratio propter obscurum Denariorum
valorem, valde incerta sit, et intricata.

Nomen inde deducunt Varro de L. lib. 4. de
 Præferantibus de Ponderibus, quos DENOS AERIS
 valeret; unde et Denarium Decussis X. in-
 uentum Notabant. Sed et Denaratus et
 Denarata apud Præcos Auctores occurrit,
 quo Pretium Denariorum Significatur.

In Dialecto Præteritæ Caroli Calvi:

Qui Panem Coctum aut Carnem per
 DENARATUS, aut vinum per Sextaria
 Vendunt.

Et in Testamento Bertrarii.

Persolvant duas Denaratas de Cera.
 At anglo-Saxonibus Denarius est. Sterlingus
 sive Esterlingus, de cuius nominis ratione
 multa exordite, ut solet, Spelmannus in
 Archaeologo suo disserit: Apud Francos,
 Alemannosque patria voce est pfenningh;
 ut ex privilegio Henrici quinti Spremburg
 circa Ann: MCXI. concessu, liquet. Frequen-
 tius tamen posterioribus Seculis vocabulum
 Heller obtinuit: voluti, quod Germani dice-
 bant

29

bant, Achische Keller, Trithemius in
Chron. Spanh. et Hirsaug. Denarios A:
quenses semper interpretatus.

— Erat autem Denarius alius
ex aere, alius ex Argento: illum a Colore
nigrum, hunc album vocarunt, Nigrum
græci inferiores $\delta\upsilon\upsilon\acute{\alpha}\rho\iota\omicron\nu$ $\alpha\sigma\tau\epsilon\rho\omicron\nu$ dixerunt:
unde Rodericus Asperi Turcorum græcorq:
sunt, de quibus Leunclavius in Pandectis
Turcicis cap: 10. et Bülbegius in Episto-
lulis agit. At albus illis erat $\delta\upsilon\upsilon\acute{\alpha}\rho\iota\omicron\nu$
 $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\omicron\nu$, ut ex Chalicocondyla patet. Cuius
munit Rujus Metellus cūvin. Eclog. 3.

— Argenti dedit Albus. Utriusque
mentionem facit Chronographus quidam in
lib. 1. Historiar. Britan. citatus a Camb:
reus:

Tunc temporis Currebat in Britannia
Moneta, valente quolibet Albo Argenteo
sex Denarios Turonenses; et Parvi Denar-
ii Nigri Currebant tunc in Britannia

in qua quidem Moneta alba erant inscripta
 duae Stermina circa Crucem, et in pila
 tres Stermina. Erant et Denarii Au-
 rei, sed rari et infrequentes, quorum pretium
 Didymus Chaurius de Analogia Roma-
 norum expressit. Sed recte iudicat Budaeus,
 hos Denarios non alios fuisse ac Solidos,
 quorum pretium pondusque etiam aequabant.
 Sane nec posteriori aetate insolens aut Novum
 confundere Solidos cum Denariis: veluti in
 Actis Facultatis Philosophicae Heidelber-
 gensis, Decanus An. MDCCCXVI in
 Programmate mandat

Omni-
 bus et Singulis Honorabilibus Ma-
 gistris atque Baccalariis, ut in Festo
 S. Catharinae, Summa Missa in Templo Spi-
 ritus S. decantanda adsint, sub pena
 duorum Solidorum Denariorum irremissi-
 biliter persolvendorum.
 Jam pretium Denariorum di-
 versum

versum tam inter ipsos Francos, quam
 Ceteros Germaniae Populos erat: quippe
 pro avi ratione, populorumque dignitate
 variasse, certum est. Primit Temporibus,
 ex Longo Romanorum Nummorum usu,
 Credibile est, Germanorum Denariorum
 pretium extitisse ad Rationem Denarii
 Romani, qui juxta Agricolum et Boudam
 Octava unciarum pars erat: plane ut hac rati-
 one Quingenta Sex Denarii Libram duo-
 decim unciarum constituant. Sed et illud
 ex Livio ac Plinio constat, Denarios Ro-
 manos non semper ejusdem ponderis fuisse:
 unde Hispanorum Doctissimus Covarruvias
 Denarios quoque ex Septima tantum Unciae
 parte produci, quorum quingenta Sex
 efficiunt Marcam, quae Octo unciarum
 est. Si Raderi credendum, Denarius
 veterum Francorum, octo nostros Cruci-
 feros valebat. Sed Quinoris venisse postea

Denarios Parisienses, Certum est, quum eorum
triginta unciam unam Ponderarent.

Etiam Denarius Turonensis minoris valoris
est, quam Hispanorum Nummus aureus, quem
Maravedinum vulgo appellant. In Privi-
legio Caroli quarti quod Mündensi Ecclesia
concessit, tale Denariorum pretio Lego:

Dat er (Bischoff) in sijner Statt zu Peters-
Ragen einen zol, das ist von jedem pferde das
Kauffmanschaft trägt, und führet, zwene
Sware pfennigen, der sex einen alten Tor-
nes gelten, uffReven und nehmen möge.

Qua apud Anglo-Saxones ejus fuerit et spi-
natio, quove pondus, clarius enarratur
in Statuto Anni si. Eduardi primi, quod
Composito Mensurarum inferbitur:

Denarius Anglia, qui vocatur Sterlin-
gus, rotundus sine tonsura, ponderabit
32 grana Trümenti in medio Spica, et
20 Denarii faciunt Unciam, et 12 unciae
faciunt

faciunt Libram. Pariter Moribus Nor-
mannorum 20 Denarii probata Moneta,
unciam penebant, foliusque quilibet 12
Denarios continebat.

Seco post Subversas Carolingorum
opes, quum Germani ab imperio Franco
in peculiarem secessissent Civitatem, et
Proceres in plenam Libertatem se sustulissent,
Res Monetaria multum immutata est,
cum qualibet Regna, Regiones, Principatus,
Respublicae suo Arbitrio pecuniam signarunt,
qua a loco plerumque nomen sortita, pro
temporum Ratione, populorumque fortuna
diversum pretium inveniunt. Imprimis in
usu esse capit Marcarum nomen, ut
sicut antea per folas Libras, ita tunc
interdum per Libras, frequentius per Mar-
cas, omnia computarentur.

Vox Crebra apud Radevicum, Invenonem,
Casarium Heisterbaensem, Petrum de Vincis,

Beham, tum in Publicis Legibus Justinianensisque, ut jam Vossio Lib. 2. de vit. Serm. cap. 12. et Lindebrogio ad Codicem suum Notatum est. Sed quum Marcarum non eadem ubivis esset ratio, Marca Coloniensis et ratio ceteris major, et usui clarior circa undecimum et duodecimum Saeculum passim invaluit. Hinc in forma Compositionis, inter Henricum Imperatorem et Ricardum Anglia Regem Imperator pro Liberatione Regis expressis Verbis pacifertur, Centum Millia Marcarum puri argenti ad Ponderus Coloniae, ut Verba apud Goldastum Tom. 3. Constitut. Almanicar. sunt. Apud Saxones quoque magnum Marcae Lubecensi Nomen, cuius frequens Memoria in Nostram Aetatem usque duravit. Suedis Marca Stockholmenfis praestantissima habita est: unde et in Inulctis.

Multis ac Tributis exigebatur.
Joannes Magnus Histor. Suec. Goth. Lib.
II. cap. 19. de Margareta Regina:

Marcam unam Stockholmensem a quolibet
Conjugio sine omni humanitatis respectu
exegit. At Marca omnis in partes suas

divisa erat, ex quibus **FEODONES**, sive
FARDES, ut in Innocentii Primi Decretali
Eubetis, quadrantem Marca esse, Fre-
kerus ex Guntheri Parisiensis Historia de-
monstravit. Nobilissima ejus Mentio in
Antea Bulla Karoli quarti & ult.

Dabit officialibus imperialis sive regalis
Curia sexaginta sex Marcas cum uno
FEODONE argenti. ac paulo post: Decem
Marcas pro semetipso reservans dabit Canc-
cellario imperialis sive regalis Curia 10
Marcas, Magistris, Notariis et Dicta-
toribus tres Marcas, et Sigillatori pro

Cera et Pergameno unum **FEASONEM.**

Ubi germanicum Exemplar habet eum
Fierling: pro quo alii Vierding dixerunt. Sed

de pretio **FEASONIS** expedita erit Res, si
Marcarum valorem expendimus.

Uspersensis Abbas Marcam dicit pro Libra,
ubi Frederici primi constitutionem de Com-
ponenda Pace enarrat, verbaque illa tangit,
qua sic Guntherus in Sigurino expressit
Arbs centum Libris puri multabitur
auri.

At Curacrus in quintum Feudorum ait,
Majorem esse Marcam, quippe duas Libras
continere. Ab utroque dissentit Rheuanus,
qui lib. 2. rerum Germanic. duas Marcas
una in Libra constituit, ubi Opes Mar-
gantinae Ecclesiae describit: Verba eius sunt:
ubi Crux ex Auro Solido fuit, Romi-
ne Bennas pondere mille et ducentarum
Marcarum, cui Versiculus hujusmodi in-
scriptus

inscriptus visebatur:

Auri Sexcentas habet haec Pax aurea Libras.

Constituunt autem Libram duae Marcae.

Scilicet vix aequae variae, ac mensura rerum
solent. Et quid mirum, Magnos inter se
discrepare Auctores, quum posteris Seculis
tot fere genera Marcarum, quot populo-
rum fuerint? Si tamen prima et antiqui-
oris germanicae Marcae rationem exactius
Consideramus, in Sententiam politissimi Icti
Didaci Covarruviae, transire haud piget,
qui in Collat. Veterum Numerorum,
Bessum esse Scribit Romanam, quam regia
Leges Markum, aliae Christiani orbis gen-
tes Marcham germanico nomine appellent.
unde concludit: Habet haec Marcha octo
Unctas Romanae Librae: quamobrem Roma-
na Libra portionem sortitur ad marcham
sesqui alteram. Sed Certior Marca Anglo-
saxonica afirmatio ex Mathaeo Parisiens.

est, ubi in Historia sua anno MDCCXXXV.
ita Scribit:

Tredecim Solidis, et quatuor Sterlingis
pro Marca qualibet computatis.

Præter Solidorum ac Denariorum
præfata Nomina inferiore ævo alia Moneta-
rum genera invalere, quorum præcipua
enarrare, opera pretium est. inter prima
est **FLORENTINUS**, aureus Nummus, primi-
tus a Florentinis cûsus, ac notatus;

Græci postremis Sæculis, teste Vossio, **QΛΩ-
CΙΩΝ** vocarunt. Est ejus mentio apud Al-
bertum Argentinensem in Chronico:

Annuatim debent presentare ad Cameram
Papæ unum Marmotinum, hoc est, Denar-
ium aureum; qui bene noscitur a Curiâ,
et est minoris, quam parvulus **FLORENTINUS**
de Florentia.

Ad ejus imitationem Sicut Gallis fuit Flo-
rentis, quem Franci dicere: cujus Speciem
Veterem abolevit Eduardus 3. A. 1344. ac
majorem

majorem solidos, et denarios valentem
 constituit. Et qua origine sunt quoque
 Anglorum Florentinorum Nobiles vulgo dicti,
 quos et Georgianos Spelmanus vocatos
 arbitratus, quod circa idem tempus, quo
 Eduardus tertius eos Signabat, Ordo Ge-
 orgianus sive Periscelidus institutus foret.
 Sed et Germania Principes ad Exemplum
 Florentinorum, simile Nummorum genus
 formarunt, in cuius una parte Flos Lili,
 in altera principis Nomen visebatur.
 Quales illi sunt, quos Freherus de Re
 Monetaria lib. 2. producit cum hac in-
 scriptione:

LUDOVICUS Rex. CAROLUS Rex.
 ROBERTUS Dux. LUPOLDUS VIEN.
 WENCESL. Dux P. item GERL. AREPS.
 WILEL. AREPUS. BOEMUNDUS A-
 REPS; et horum similes, quorum frequen-
 tissimus in Contractibus usus, et mentio

in antiquis instrumentis Florenzer gülden,
 obvia est. Hi tamen paulatim degenerarunt
 in Florenos sive Aureos
 Ahenenses, quos quatuor Principes Ec-
 lectores ad Ahenam Moguntinus, Trevis-
 rensis, Coloniensis, Palatinus, includis
 augendisque commerciis, communi no-
 mine Signarunt. Pretium veterum Flo-
 renorum, ut Mynfingerus Cent. 4. obser-
 cap. 1. Notat. in quaestione relictionis,
 a Camera imperialis iudicio taxatum
 est 25 batzis: quibus paullo sequiores
 Ahenenses Florenos aureos Freherus
 existimat.

Florenis nec praestantia, nec
 usum inferiores fuisse DUCATIS, quos
 Lepide polydorus Vergilius lib. 2. de iuvent.
 rerum cap. 20. Negatur denominatos a
 Ducatu, quem Magistratum Longinus
 primum in Italia constituit. Primum
 a Venetis ac Genuensibus sunt introducti,
 quos

quos mox Reges Hungaria, Bohemia,
 Polonia, Dania, Suecia, Anglia, His-
 pania, imitati fuere: placuitque insti-
 tutum germanis Caesaribus ac Principi-
 bus, qui pariter eandem Monetam ju-
 vexere. Quo de genere, ut Freherus tes-
 tis est, Karoli 4ti Imp. et Bohemiae
 Regis Ducatus adhuc extant: et dein-
 cept Maximiliani primi Arch. Ch. D. XVII.
 cusi, cum titulo DVCATVS CARENTANVS.
 Majoris tamen pretii erant CORONATI sive
 SCRIPATI. vetus quoque Gallia nummus
 aureus, et in Germanorum Commercio
 notus: qui ad Similitudinem Byzanti-
 corum veterum cusus est. Pretium eorum
 olim grandius: Sed Karolo Quinto Rege
 duobus Scrupulis minutus est, et Karoli
 Octavi Regis imperio tribus Scrupulis
 antiquo Levior det errorque factus est.
 ut Bodinus lib. 6. de Republ. Cap. 3.

pulcritus. Similiter antiquis Rixari
 Burgundionum, Gallis Rixes, nobis
 Rixes, qui eadem bonitate, qua Vete-
 res Coronatos praestare Bodinus eodem
 Loco affirmat.

Inter argenteos nummos, et si-
 citate multo posteriores principem
 merito Locum deferimus **TALENSIBUS**
 sive **TALERIS**, argenteis uncialibus, qui
 An: **MDXIX**, in valle joachimica, Bohe-
 mica primam percussi sunt: unde et nomen
 eorum profluxit, quod jucunde Galli
 Jocondales inde dixerunt. Praefert Fre-
 dericus antiquissimum ab ea aetate, qui
 una parte Joachimum Abbatem, et
 Quisignia Sleskensa praefert, cum Literis
AR. DOMI. SLE. STE. ET FRA.

COM. D. B. altera Leonem Bohe-
 micum, cum inscriptione:

LUDOVICUS PRIM. D. GRACIA R. BO.

Idem tamen fatetur, antiquiores etiam
 joachimicas,

43

Joachimis, sed minus frequentes in
hoc genere apparere: qualis ille, quem
Maximilianus et Maria Burgundica
An. M. CCCC. LXXIX. item Sigismundus
Archidux Austria An. M. CCCC. LXXVI
formari iusserunt. Sed Pictensium Co-
mitum exemplum, quam ea Nummorum
forma haberetur commodissima, primam
Germania principes plerique, deinde Suecia,
Dania, Polonia, Hungaria Reges secuti
fuerunt: eminueruntque mox, Philip-
pici, Hispani Dalei, quos Regales voc-
cant. Ante inductum autem Dalei-
rorum nomen, magnus Argentorum
Nummorum usus per Germaniam fuit,
qui Turonis in Gallia cupi sunt, Turon-
enses dicti, et in Telonia Rheuensibus
Journes: quos varie ab interpretibus
astimari scribit Covarruvias, sed ita ex-
aminari, ut duodecim Argenti Turonenses

44.
efficiant Florentinum aureum. Unde
facile iis assentior, qui Solidos Capitu-
larium Karoli Magni interpretantur Ar-
genteos Turonenses: quam exiguum, aut
nullum utrorumque Discrimen appareat.
Sed et nupero Seculo invaluerunt in
Germania Floreni sive Aurei ex Ar-
gento facti, vulgo hodie gülden, primum
quidem Aureis Ahenensibus pares, sed
hodie multo inferiores.

Ex minori Bronetæ genere
in clauere Grossi, notissimus apud Saxo-
nes, Silesios, Borussia, Bohemos, num-
mus æqualis: qui hodie nobis tribus
Cruciferis æstimatur. Sed qualis olim fu-
erit, Labet ex Bodino de Republica
lib. 6. Cap. 3. audire:

Septem (inquit) Denarii Romanorum
perinde ut octo Drachma Attica unciam
Constituunt,

167

Constituunt, nos Grossum appellamus:
qualis fuit majorum nostrorum aetate
Grossus Turonensis argenti optimi Re-
galis, cui tantum vigesima quarta
pars ad purissimi argenti bonitatem
decesset.

Itaque in eo Fudere, quod Bernabes,
cum minoribus Pagis Helveticis sanc-
tione, Grosso Turonensi Stipendium pe-
ditis diurnum aestimatum, veluti Attica
Drachma Graecis, Denarius Romanis di-
urnum perditis Stipendium juxta Pollucem
ac Tacitum fuit. At Gabriel Byel, Spi-
rensis, qui Saeculo decimo quinto de Mo-
netis Scriptis 20 grossos in Florento con-
stituit. Apud Bohemos Grossus erat
Drachmalis olim, pendebatque Libra sive
Marca Germanica Grossos Rusee Sexaginti-
ta, Obolos Septingentos et viginti, ut

46
Paulus Stranckius in Aep. Boh. cap. 17
exponit. Tritum quoque apud Veteres
Alamannos in Collectis et Contributio:
ribus unius generis, quod BERNAM
appellarunt, cuius memoriam ex antiq:
quid Monumentis eruit Freherus cap.
3. de Re Monet. ac Solidum, vel De:
narium Veterum Germanorum vocat.
Nomen est a Villa Berna, cuius com:
munem fuisse Monetam constat: unde
et usus apud Albertum Argentiniensem
sub Anno MCCCXLVIII. et Fabricium in
orig. Sax. lib. 4. dicitur.

Præterea inter Primores Monetas
Species fuere, Schillingi, Batziones, oboli,
Hallenses, aliq: minutissimi Nummuli,
qui posterioribus Saeculis maxime ju:
valere: Schillingus juxta Lindbrogiū
antiquitus. Scribebatur Silikha: quod et
in vetustissimo

in vetustissimo Glossario Silikhum, et
Silikhono effertur. At Silikha erit a
Siliquid, voce a Romanis in re Mone-
taria usurpata, pro unciae quartâ parte;
velut est jure Civili. Constat. in pacis Con-
ventionis inter Alfatras Proceres apud Ahe-
nanum lib. 2. Siclus vocatur: Si quis
Sicli unius aut duorum furtum fecerit,
Corium cum Capillis perdat. Batziones,
frequens nostra aetate per Saeviam et
Alemanniam Dors, prore demum seculo
innotuere: introducti primum a Ber-
nensibus, qui usq; Signo eos Notaverant:
Nunc quintadecima pars sunt floreni nostri:
Sed olim majore in pretio factisse constat.
Albus, nunc Weisspfening, antiquitus
ab Alano Britonum Duce primum ex
albo argento cufus est: unde et appellatio
a Colore candido adhaesit. Eundem Angliae

Rex Henricus quintus Francia Regent, Blanc-
cam pari de causa vocavit: quod nomen
 Belgis adhuc familiare est. Pretium
 ius ab Alamo affirmatum est 6 Denariis
 Turonensibus: Sed Henricus Rex Octo
 Denarios valere iussit: a quo utroque
 pretio noster albus immane quantum
 viscessit. Obolus apud Romanos minutissi-
 mum nummi genus:

Non nihil obolove minus, majusque talento.

Idem in Focigno pretio majoribus nostris, quae
 teste Johanne Teutonico, Drachma sex
 Obolos contineret. Hallenses. ab Hala
 Sutorum oppido nomen hausere, tanto
 olim in usu, ut omnis fere Pecunia
 inde appellationem traheret. Vulgo enim
 ante unum ac alterum Saeculum auras
 Libras Hallenses, pfund Hellen, quibus
 omnes Contractus, rerumque pretia expe-
 diuntur.

Nihil

Nihil adhuc de figura et inscripti-
 one Germanicæ pecuniæ dixi, quæ sicuti
 varia, ita ad Religionis imperique mo-
 menta adumbranda semper fecit. ac
 primum, quum Constantinus Magnus ad
 Sacra Christiana convulsus, Crucis Signum
 inscripsisset Ommis, Franci quoque ad
 Institutum secuti sunt, ut religionem
 suam pariter consecrarent. At quum
 postea Romani græcique imperatores Ter-
 ratorem generis humani Christum, nunc
 Principi Diadema imponentem, nunc
 tenentem vitæ Librum, pecuniis im-
 primere, Franci æmulatione pari-
 to imitati sunt, ut se a Deo Coronatos
 quoque innuere. In illis inscriptio
 erat: I H E S U S C H R I S T U S R E X R E G-
 N A N T I U M: aut J. H. S. X. P. S. E M M A-
 N U E L: aut J. H. S. X. P. S. N I K A. pari-
 ter in Franciis illis Aureis ab omni

antiquitate vides illa Solemnia Verba,
 Circa Crucem Florescentem: CHRISTUS
 VINCIIT, CHRISTUS REGNAT, CH-
 RISTUS IMPERAT. Descensum postea
 crescente Superstitione, ad Sanctos est,
 impostique Nummis, quos quisque tute-
 laves sibi Genios fecisset. Porro quoniam
 Romani Monumenta gloriae suae summo
 studio imprimerent pecuniis, nec illum
 morem abiecerunt Germani; in quorum
 antiquis Nummis victorias, Trophaea,
 praelia cognoscere quoque est. Qua in re,
 quoniam multa per Symbolicam aut Em-
 blematicam Figuram describenda essent,
 diversa imagines excogitatae sunt: ve-
 luti ostendunt veteres Regum Francorum
 ac Germaniae nummi, quos Strada Col-
 legit. Pertinent haec verba illa Dago-
 berti Regis in fundatione Canonici Nisi-
 genburgensis apud Tritheimium:
 Ad haec

Ad hoc Monetam habentem in se imas
gines et Literas, expressamque simili-
tudinem Nemetenfis Monetae, eodem
Loco concedimus.

Potissimum autem et Commu-
niter obtinuit, ut et effigie decorati es-
sent Nummi, et — inscripti Nomina
regum. Quotientem eius rediit Theodori-
cus Gothorum Rex in Constitutione
CXLI. ad Comitem Sacrarum Largitio-
num: ut nimirum imago Principis per
Commercium populos quoque pascat.
Sed primis temporibus, ut Procopius
Auctor est, Persarum aliarumque Reges
Chalorum, non suam Auro, sed Romani
imperatoris imaginem imponebant: unde
veluti rem novam notat in Francis, quod
non Romani Caesaris, ut ceteri, sed suam
effigiem nummis aureis imprimerent.
Veram quam sibi Auctoritatem Vendicabant

52
Romani Imperatores, cum postea Franci Reges
sibi in suo circumposuere impens, quam non
alios in Moneta vultus, ac Regibus tolerarent.
Qui. Quos postea Germanis quoque Imperatoribus
mansit: ac quamvis crescente deinde Principum
potentia, jus cadentia Moneta communicaretur,
illud tamen diu Casarea datum venerationi
est, ut Imperatoris Dignitatem et Numen
obtenderet Pecunia, impressa Aquilâ, cum
globo imperii, et adjectâ Epigraphâ:

N. IMP. AUG. P. F. DECRETO. Proter
imaginem ac Nomina Regum admixta sunt
plerumque insignia, quibus Regnum aut
Provincia notabatur. Sic Franci primum
Buronibus, postea Liliis, Bohemi Leone,
Burgundi Equo Cataphracto, nummos
insignivere. Apud nos post Carolum Magnum
Aquila semper nummis Sacra fuit; viguitq;
tempore Frederici Secundi, ut Ulpergensis
Paralipomena

Paralipomena ferunt, aureum Solidorum
 genus, quod primum Augustanum, postea
 Aquilinum dixere: in quorum altero
 Latere vultus Imperatoris, in altero A:
 quila visebatur.

Lustratis excellentiorum Mones-
 tarum generibus, quantum ex Barbaris
 Seculis Laurivi Licuit, nunc ad Leges
 Nummarias transgredi Lubet: quas ex pris-
 cis monumentis hinc inde dispersas pro-
 curam, ut non solum Majorum nostrorum
 Sanctitatem, sed et utilissimas, ac Reipu-
 blica civis Salutares constitutiones
 commendem. Etenim consideranti
 mihi, quae firmissima Reipublicarum
 Munimenta sint, imprimis Re: Numma-
 riae Sancta ac constantis curatio occurrit;
 quae tantopere utilis ac necessaria est,
 ut sine ea incerti sint Contractus cuncti,
 et Pacta, quibus vita Societas Continetur:

iuncti Decretis, Vectigalijs Tributis, quibus
 Principatus ac Civitas innotuerunt: incertis
 denique Urbis Opes, publicas ac privatae Ra-
 tiones, quae in dubio haerent ac vacillant.
 Quamobrem non desuere, qui inter gravissi-
 mos Morbos, quibus Respublica nostra
 Concellitur Laceraturque, depravatam
 Corruptaque Aei Nummaria rationem
 primo fere loco posuere, quam in tam vasto
 imperio plures passim Nummuli ceu pullu-
 lantes et Fruticantes, quotidie increbescant,
 quae deperditis fere, et exolecentibus bonae
 notae pecuniis, quotidie deteriores, et aere
 dilutiores ingravescent. Neque Res, quod
 Multi fecere, in Nostrorum Temporum
 Numerabo Felicitate, Germaniam nos-
 tram veteri esse opulentiores, pecuniisque
 affluere: Nam et illud usu Cognitum est,
 praeterea rerum omnium duplo nunc maiora
 esse

58
esse, quam antiquitus fuisse, propter aurum
argenti que copiam, qua ab India Occiden-
tali in Europam asportata, viliores utriusque
ulque metalli estimationem fecit.

igitur quum olim tanti apud Burgun-
diones Alemannosque esset Solidi unius
pretium, ut Vacca pro Solido, bos pinguis
pro duobus veniret: quum Francorum Can-
cellario, ut in Tabulis publicarum rationum
extat, diurni Viatici nomine Septem So-
lidi, quibus se ipsum, equos, pueros, Comi-
tes sustentaret, persoluti sint: quum
Architecto Praestantissimo, in Avois mag-
nae Aedificatione, tres Denarii redditi
fuerint: nunc pretium cuiusque rei ma-
gis, nunc Omeres ac Stipendium cuiusque
grandius, est; plane ut recte aestimanti-
bus, in tanta opum Abundantia, nec di-
tior quidem aut Opulentior. Germania
censeri Possit. Sed iam ipsas Leges recitemus.

NEMO AURUM, ARGENTUM, AES
PUBLICÉ SIGNATO, NISI CUI AB IMPER
RATORE AUT REGE CONCESSUM FUERIT.

Quemadmodum in Vetusissima Dodecim
Tabularum Sanctione jus cudendae Monetae
folis Triumviris Monetalibus tribuitur,
quod postea Principes Caesaresque sibi vni
dicarunt, ita apud Germanos inter ea sem
per habitum est, quae Regalia vocantur,
et soli Regi, aut cui is indulserit, com
petere dicuntur. Testatur id ipse impe
rator Fredericus primus in Feudorum
Libro quinto de Jure Fisci: Regalia sūt,
(inquit) Arimannia, via publica, flumi
na navigabilia, portus, riparia, Vectigalia,
quae vulgo dicuntur Telonea, MONETA, etc.
Quod sic in Liguino suo expressit Gun
therus Libro octavo.

Vectigal

21

Vectigal, portus, cuedendæ jura Moneta,
Cunq; molendinis Telonea, flumina, pontes,
Hæc Ligures Sacro tribuerunt omnia FISCO.

Unde in Aurea Bulla memoratus, Regi
Bohemia, velut Principi imperii, nomi-
nati in jus Moneta conferri: quod jam
antea pariter in Privilegiis Prindensi
Ecclesie ab Henrico Imperat. Concessis,
Episcopo tribuitur. Sed Veteres Francorum
Reges jus pecunie Signanda solis sibi
reservabant, nec cum aliis communica-
bant: unde et omnes Monetarum Of-
ficinae in Palatium coactae sunt, ut
una tantum in imperio, vastissimo Licet
et maximo, esset.

Apud Gothos quoque, qui Italiam inpede-
runt, Reges jus Monetae cuedendæ ad ma-
jestatem solius regnantis pertinere puta-
bant, illiusque Curam Comiti Sacrarum

50
Largitionum, ut in Cassiodori Formulâ est,
Magna sub Religione Committebant.

QUI JUS SIGNANDÆ MONETÆ
HABENT, JUSTE SINCEREQUE NUMMOS
FACIUNTO: PONDUS OBSERVANDO.

Et hæc vetustissima Romanorum Sanctio
erat, qua justè Sincerèque Nummos et
Metallo et pondere formari exigebant.
Primi vero Exempli, ut Plinius lib. 33. cap.
3. et 9. queritur, Livius DRUSUS in Tribu-
natu plebis Octavam Aëris partem Ar-
gento, ANTONIUS Triumvir in Denario
Ferrum misere: quam Metallorum
Confusionem postea Tiberius Imperator,
Teste Popifco, capitali poenâ prohibuit.
Ipsil germanis, postquam primum Num-
mos cadendos decrevisset, Sinceritas illa
maxime placuit: Hinc apud Cassiodorum
lib. 6. Epist. 32. Theodoricus, Gotho-
rum Rex jubet:
Auri

- 1) Auri Flamma nullâ injuriâ permixtionis
 2) albescat: Argenti Color gratiâ Candoris
 3) arideat: aris rubor in Naturâ qualitate
 1) maneat. Sit Mundum quod ad Formam
 2) Serenitatis nostræ adveniat.

Apud Francos purissima fuisse Numis-
 mata usque ad Philippi Belli aetatem;
 qui quum primus inter Principes, dimidiam
 aris partem Argento miserisset, probris
 a Sante Poëta Laceratus est.

Altera legis pars est, ut Ponderum Numi-
 morum observetur. de quo eodem loco
 Theodoricus Rex:

- 1) Ponderum quin etiam constitutum denariis
 2) precipimus servari, qui olim tam penso,
 3) quam numero vendebantur.

Idem apud Goldastum Constituit. quintâ
 Multa præclarè differit, de justo pon-
 1) dere observando; cujus Violationem ver-
 2) ritatis ipsius Crudelem ac fœdam Lacerâ-
 3) tionem vocat.

68
Quod Francorum Religio circa pondus fuerit,
docet Boleflaus pius, Bohemiae Rex, apud
Cosman Pragensen, lib. 2. ubi inter alia
Instituta ad Filium Boleflaum gravif-
simè ait:

1. Est aliquis, Fili mi, quod Carolus Rex
1. Sapientissimus, et manu Potentissimus,
1. Laud equiparandus nobis hominibus valde
1. Humilibus, cum Filium suum Pipinum
1. post se in solio suo sublimandum disponeret,
1. cum Terribili cum Sacramento Coniunxit;
1. NE IN REGNO SUO SUBDOLA ET PRA:
1. VA TAXATIO PONDERIS AUT MONETA
1. FIERET. Certe nulla clades, nulla pesti:
1. lencia, nec mortalitas, nec non hostes tu:
1. tam terram rapinis incendiisque devasta:
1. tantes, magis populo Dei nocent, quam
1. frequens mutatio, et pejoratio Nummi.

NULLUS PRIVATUS MONETAM
FABRICO AC FLANDO FINGAT, AUT
SIGNATUM PUBLICE MUTANDO
RADENDOVE

610
RADENDOVE CORRUMPAT.

Fingere NUMMOS, dicitur in Legibus Romanis, qui falsa fubione eos faciunt. Quorum vindicta est Lex Cornelia, quae poenam majestatis res irrogat.

Sed Germani Prisci Falsarios multabant Amputatione Manus: quod et Graecis ac Aegyptiis familiare fuisse,

Diodorus. lib. 2. Scribit: in Ludovici Primi Capitulis, quae Aquilgrani Constituit

Tit. 21. De falsa Moneta jubemus,

ut qui eam percussisse comprobatus fuerit,

MANUS EI AMPUTETUR. Et qui hoc

Conferat, si liber est, 60 solid. componat.

Si servus est, 60 jetus accipiat.

hanc Poenam postea confirmavit Lotharius Primus. Imperator, in cap. 9. eorum Capitalorum, quae pro Lege habenda sunt.

Eandem Poenam Angli ex Priscis Saxonum Moribus infligebant: sed in super

ea parte qua viri erant, reos declinabant.
 Henricus Huntodun. Lib. 7.

1 Monetarios omnes totius Angliæ fecit
 1 Inmentulari et manus dextras abscindi.

Mitius sed ignominia plenum Supplicium
 inflixit Mediolanensibus, Otto primus, imp.
 ut propter corruptam Regiam Monetam
 Nullam Nummum, nisi Corium formam
 publicam percussam, ad usum pecuniæ
 Signarent. ipsa Ottonis Constitutio ad
 An. DCCCCLXVI.

2 Mediolanensibus, qui falsificaverunt Imper
 2 ralem nostram Monetam auream et
 2 Argenteam, mandamus et iungimus
 2 hæc imperialis nostræ Sententiæ condem
 2 natione, ut Nulla Moneta, NISI DE
 2 COARDO FACTA in posterum utantur.

Nec in Quinori fere Crimine Habitum,
 Numisma publici Signatum descalpendo,
 radendo, vel in orbem attondendo violare;
 ut docet

ut docet Theodatus Gothorum Rex
 apud Cassiodorum lib. i. epist. 10. tum
 ipsa poena, quam Carolus curatus ex
 moribus praeis in consuet. Criminalib.
 dicitur.

Atque haec Leges in Rem Mo-
 netariam in Simpliciori, quamque Super-
 fluarum ignaro auro sustinere: donec
 primum crescente auri enormitate,
 ut Symmachus loquitur, praeam fru-
 galitatem avaritia sustulit, et inde
 vulgata per Principes Civitatesque
 iure cadenda Moneta, nunc horum
 nunc illorum imitatione nummi ad
 quastum Signati fuere: quo Prox
 factum est, ut res omnis Nummaria
 fluctuaret, et simul Labesceret.
 Quare in Comitibus primis Augustanis
 An. MD. regnante Maximiliano Primo
 de Lege ac Norma rei Nummaria vehe-

mentes actum est, omniumque hactenus
 sine Lege modoque vagantes, inhibiti,
 donec nova Lex promulgaretur. De qua
 quum diu postea in variis Comitibus apud
 Treviros, Coloniam, Noribergam,
 Spiram, Ratisbonam, nequicquam
 magnis Consiliis disceptatum esset,
 tandem imperante Karolo quinto in
 Comitibus Augustanis An. MDLI. Certa
 perpetuaque, si per Avores nostros Lice-
 ret, forma monetaria rei per scripta, atque
 publicata est. Ejus Leges, quum
 Freherus de Re monet. Cap. 4. propos-
 fuerit, et Copiosi explicaverit nos sum-
 ma tantum capita adscribemus.

IUS CUDENDI MONETAE NISI CUI
 AB IMPERATORE CONCESSUM FUE-
 RIT, NEQUE ALITER QUAM SECUN-
 DUM

65

DUM LEGEM NEMO USURPATO.
FORMAS NUMMORUM AURI ARGENTIQUE
DUNTAXAT RECEPTAS,
EASQUE PROBAS FERJUNDO. HIS
LEGIBUS SERVANDIS CONVIENTUS
SEMESTRES ET EXAMINA ACCU-
RATE HABENDOR.

Sed dum in Antiquissimum Aeternum,
quo inter innoxias Pecudes omne Com-
mercium stabat, mens mea retro refe-
piet; dum inde mecum repeto Sanc-
tissima tempora, quibus in parco num-
morum usu, tantus Frugalitati ac par-
sivonia Honor fuit; dum denique
nostram considero Aeternam, qua auri
argentique copia avaritiam, et abun-
dantes divitiarum Libidinem percundi
perdendique omnia innoxere: eam Cae-
satorum Majorum gloriam nobis reddi
precor, quam ipsi Germani se extollunt,

QUM REGNI MENDI TORRENTIO
TORRENTIO TORRENTIO TORRENTIO
TORRENTIO TORRENTIO TORRENTIO

Apud Guutherum. lib. 3.

Non turgēt Loculis inferta pecunia nostris;
nec multis opibus, sed laude verimus onusti;
non est Teutonico cumulata pecunia Cordi,
nec sibi quærit opes, sed pulchræ laudis honores;
non habet ille suum, sed habentibus imperat, aurum.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

69
ADDITIONES.

Fetto. Germ. Vierding. Belg. Vierendeel.
Angliis Cuprea est Moneta Farding, quatuor
Numerorum Minutillorum, Dimidia pars
Numeri Majoris, qui Angliis a Pentz,
Germanis Weisshilling. Fetto igitur
est Rhenum accolentium Fetmünchen,
qui non Quattro quartam partem Numeri
¹⁰
accedit.

Pro cera et Pergameno.

Vix membranam ex pretio his temporibus
emerit: nedum ut honorarii Loep Fetto
sit. Ad eò aut pretia verum ingravescunt,
aut numerus valor decerent. Nummum hio
generationem non pro certâ rei Monetariae desig.

natione capio. ut in illo Horatiano:

Nescis quid valeat nummus, qm̄ præbeat usum?
Panis ematur, Oler, vini Sextarius: adde,
Queis humana sibi doleat, natura negatis.

ut in illo Tulliano: Jactabatur enim Temporibus illis nummis: sic, ut nemo posset Scire, quid haberet.

Omni in ^mnumeros sic accepto, aut invariante
nitione quantitatis, aut immutatione substantiæ,
temporum et Locorum varietate,
Magna rei Nummaria inestitudo nascitur.

Solidus quid apud Priscos fuerit, explicatum non integrum est. In jure Romano pro Talis Imperiali, temporibus illis quoad nos in eo ignoto, ab int̄pretibus capitur.
Gallium Sol, quod decurtatum e Solido,
quod nunc, Lingua per novam elegantiam
detorta

71
doctores et corrupti, efferunt quasi fori-
batur su, pretio veterum minime res-
pondet. Est enim pars quinquagesima
Scutati, d'un escu. Ejusdem plane
valoris est Scotorum Skilling: nec longe
abit Lubecensium, et ejus Tractus terrarum,
Schilling, pars imperialis Taleri quadra-
gesima Batava.

Nomen Germanorum Schilling a Romanorum
Solido natum esse, non praefracti nego: sed
tam Minuti pretii Solidum apud Romanos
fuisse, nego. Anglis, antiquitatis aliquanto
retentioribus, a Skilling. est affinis duo-
decim argentea moneta, fere denario
Veterum, capitata Germanorum Kopfstuck
respondens. Batavorum Schelling, minus
purati Argenti, dimidium est Anglica.
Ac in Prussia et Vicina polonia, Schilling
est pars imperialis ducentesima septuagesima.

Non quod id Pretium Veterum Borussiae
 fuit, sed quod retento nomine et decre-
 cente valore, non nisi plures pretium Taleri
 exaquant. In eadem Borussia Grossus,
 trium Schillingorum Moneta, grosso mis-
 uis ob vilitatem, istius majorem aspi-
 rationem, assurgit. Pro veterum enim
 argento ad cyprinum, argento incocto aut
 argenti Scoria illitum, multis in Germa-
 nia et Vicinia Loris obtruditur.

Isti mines Antiqui, haec quidem in re,
 Sueoni, cupram Argenti Spuma non
 suscitamus, vero pretio et pondere, eundem.
 Moneta Magnitudine Taleri aequiparanda
 Rindstuck, vix partes Taleri Sexagesi-
 mam efficit. Negotiationi Longinqua
 quidem inutilis: at si Conflaverit, et
 pro cupro vendiderit, Lucrosa.
 Sunt et in opulentis regionibus monetae
 Ineri

merè cuprea: Duiten et Oortjes apud
Batavos, Fardinge apud Anglos, apud
Gallos Denarii. ~~puto Liard~~
Denarius. Denier apud gallos est moneta
tarum minutissimam: ut Germanorum
Heller. Quanta hæc verborum, rebus de
tortis, illudis? Denarius, Dacem afficit,
unde ei Proculus, Moneta, diurnum
fuit militis Romani Stipendium, uti
dicimus. quod Latine Romanis: ne ad
Paucitatem, rapinam, Squalorem,
egestatem, Detractionem Militum, mili-
tes collaberentur. Non enim, ut nos-
tris Proculis, Centuriones Suxæ, mili-
tes inditate et fame, peribant. Quin,
quam Equiti, Centurioni fuit Stipendi-
um, ut e Livio colligitur: Simplex
fuit Militi, Duplex Centurioni, Tri-
plex Equiti. Dacæne Centurioni duos

Denarios Gallios pro duntaxat Solaris?
 aut uno Denario Miles victum, Vestitum
 Compararet, vacationes redimeret, et in Zonam
 aliquid repereret; De milite suo Atriveli-
 anus Imperator: Vestit nova vestem veterem
 non excludat. Stipendium in Baltheo, non
 in Popina habeat. Dopsul. Miles non timet
(Imperatorem suum) nisi bene vestitus, bene
nutritus, et habeat aliquid in Zona: Dixit
non nemo Veterum. At unde hoc, si
 Chimmulus vix mercantibus optatum
 porrigendus, diurnum stipendium est?
 Concordes estote, Milites Divites effate,
 reliquos omnes contemnite. Ita Severus
 Imperator, si recte verba Atriveli memo-
 ria recolo, filios Antoninum et Getam
 monuit. Laute igitur, saltem non sordide,
 Milites numerato stipendio habebantur.
 Unde militia apud Romanos honoratio,
 pagana

72
Pagana vita Contemptor. Tandemque eo
Revertitur est, ut beneficium Loco esset et
Honoris, in militiam recipi; damnum et
ignominiam, ab ea repellere. Prae Julianus
Christianos exclusione a Stipendiis facien-
dis terruit, si ea periculorum quam peco-
rum et pecuniae feracior fuisset. Inven-
itur apud Cornelium Tacitum Percennius
Militiam infructuosam: denis, in Diem affe-
bus animam et Corpus castigare. At ille
otio, et umbra, et delitiis orbis affectus
erat. Et tamen in hac ipsa quae excla-
mabat contra se arma porrigit: hinc vesti-
tem, arma, tentoria, hinc Sarcinam
Centurionum, et vacationes numerum
redimunt. Amplum fuit Salarium, si
Vestem, arma, Tentoria comparare po-
tuerunt: et tamen quod Centurionibus
offerrent Superfluum. Sarcinam militarem
obsequio militari, non in unguento oblato,

offugere debuerunt. Vacatones in numerum
redimendas, quas Otho et eum sequentes de
suo evoluerunt, Avaritiam Centurionum,
non stipendii Ierunitatem agunt.


Decem Assium fuit Denarius: Ad autem
minimum Staverio Hollandico, aut Albo
Blenano respondebat. Quod autem Dero
cennius per Seditionem exposcit, ut singulos
Denarios inerevent, quasi Denarius esset
major decem assibus. Fraudem Tiberii et
Augusti sapit. Asses enim minutorem
exendi curaverunt, ita ut duodecim asses
Denarij valorem exaquarent. Atque militi
Deni assibus pro Denario Numeratis,
Compendium captant et caperunt. Prius
enim asses in Diem, Sexagenos in Menses,
720. et quod excedit in Annum, singulis
militibus detraxerunt. Jam Manipulos,
Cohortes, Legiones numerata: quantum hinc


avario aut fisco refrigerium! videtur et
 opera diurna in vinea mercedem denarium
 fuisse; si parabolam christi (Matt. 20)
 spectemus. Sed Christus ibi introducit
 patrem familias si. bevaliter, non ex
 more tenarium et $\chi\upsilon\iota\upsilon\sigma\tau\epsilon\iota\sigma\omega\upsilon$, agentis.
 In uno et altero exemplo ostendi monetae
 decrecentis calamitatem: quod de
 Fethone Sigilli Honorario non invenit.

I have not yet seen any
 other copies of this
 manuscript. It is
 written in a very
 beautiful hand and
 contains many
 interesting particulars
 of the life of the
 author. It is
 a very valuable
 addition to the
 collection.

The following is a
 list of the contents
 of the manuscript.
 It is divided into
 several parts.
 The first part
 contains a list of
 the names of the
 persons mentioned
 in the text. The
 second part
 contains a list of
 the places mentioned
 in the text. The
 third part
 contains a list of
 the events mentioned
 in the text. The
 fourth part
 contains a list of
 the dates mentioned
 in the text. The
 fifth part
 contains a list of
 the names of the
 books mentioned
 in the text. The
 sixth part
 contains a list of
 the names of the
 persons mentioned
 in the text. The
 seventh part
 contains a list of
 the names of the
 places mentioned
 in the text. The
 eighth part
 contains a list of
 the names of the
 events mentioned
 in the text. The
 ninth part
 contains a list of
 the names of the
 dates mentioned
 in the text. The
 tenth part
 contains a list of
 the names of the
 books mentioned
 in the text.

No.













Handschr.
282

Dissertatio de veterum Aleman-
norum RE NUMMARIA Uti-
lis et Curiosa.

